Albertus Magnus: Sermones de tempore et de sanctis
Ulm: Johann Zainer, [about 1478-80] Seite 239

De
timor dñi figuratur· quia vt d̓ Ecclesiastici·1·Plenitudo sapientie
est timor dñi: vnde igit̃ xp̄s habitat in his qui timent eum. Qis
enim qui timet dñm nihil negligit voluntat̃ eius. Rogate ergo
dñm vt sic in hospicio cordis nostri habitare dignet̃ vt etiam ab
ipso in eterna tabernacula recipi mereamur. Quod nobis ꝛc.

## In die circumcisionis domini. Sermo. viii.

Postq̃ consūmati sūt dies octo vt circumcideret̃ puer vocatū
est nomen eius Jhesus Lu·2· In cōpendio theologice veritatis
li°·4·sic scribitur. Circumcisionem accepit xp̄s multiplici ratione
Primo vt legem quam dedit aliis et ipse compleret. Secundo vt
humilitatem ostenderet quia ceremonialib9 ad que non tenebat̃ se
subiecit. Tercio vt sanguinem suum ꝑ nobis non solum in etate
virili sed etiam infans funderet. Quarto vt nos circūcidendos fore
spūaliter monstraret. Quinto vt hereticos ↄfunderet qui dixerunt
eum non verum corpus sed fantasticum habuisse. Sexto vt iudeis
satisfaceret qui scandalizati fuissent si circumcisionē non accepisset
Septimo vt legez veterem approbaret que vsq̃ ad ip̄m seruanda
fuit: hec in cōpendio· elegant̃ ergo inq̇t Origenes. Sicut mortui
sumus cū illo moriente ꝛ cōsurreximus cum resurgente: ita et spū
cum eo circūcisi sumus: vnde nequaq̃ indigem9 iam circūcisione
carnali. De xp̄i igit̃ circūcisione loq̄ns euangelista ait. Postq̃ ꝛc.

Postq̃ consūmati sūnt dies octo vt circumcideretur puer:
vocatum est nomen eius Jhesus Lu·2· Tria principaliter
sunt hic notanda. Primū est quid per circūcisionez pueri
figuretur. Secundum est quid per octo dies spiritualiter intelligi
detur. Tercium est quare puer hoc nomine Jhesus appellet̃. E
De ꝑmo nota q̄ per circūcisionez pueri duplex circūcisio figurat̃
Prima est per quam circumcidimur·i·purgamur a viciis ꝛ iniqui
tatibus. Secunda est per quam circumcidemur ·i· liberabimur ab
omnibus miseriis ꝛ penalitatibus: de ꝑma circumcisione d̓ Gen̄·
17·vbi dn̄s dixit ad abraham. Circumcidetur ex vobis omne ma
sculinum ꝛ circumcidetis carnez preputii vestri vt sit signū federis
inter me ꝛ vos. Infans octo diez circumcidet̃ in vobis: masculus
cuius ꝑpucij caro circumcisa nō fuerit delebitur anima illa de ꝑplo
suo q2 pactum meum irritū fecit. Cum igit̃ circūcisio·i·amputatio
viciorum sit signum federis·i·pacis inter nos ꝛ deum. Nota q̄ q̇nq̃
in nobis ꝑncipaliter sūt circumcidenda videlicet cor oculus auris
ꝛ lingua manusq̃. Primo igitur cor circūcidendū est a maliciosis
ꝛ maculosis cogitationibus. Q2 aūt maliciose cogitatiōes a corde
sint ꝑcidende dicit Jhere·4· Circumcidimini dn̄o ꝛ auferte ꝑpucia
cordiū vr̄orum viri iuda ꝛ habitatores iherusalez ne forte egrediat̃

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-184/0238
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG